



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

43. De patrimonio Clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

qui Ecclesias accipiunt, ad regendum, non ad dispergendum, accipient. Simili modo nullam habeant potestate in quolibet modo alienandum neque venumdandum, sed nec sine voluntate Pontificis sui vicarios dandum, aut liberis dimittendum. Qui hoc præsumperit, ut superius censuimus, si habet proprietatem suam, aliud tantum restituat. Si non habuerit, expoliatus omnibus foras ejiciatur. Ipsæ tamen res ad Ecclesiam, cujus res sunt, revertantur.

De patrimonio Clericorum. *Ex Concilio
Meldensi cap. xxii.*

Vide suprà
lib. 1. c. 219.

X L I I I. Investigandum an nihil patrimonij habens Presbyter quando proiectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit prædia, cuius juris sint, annon Ecclesiæ esse debent. Unusquisque enim Presbyter proprias res, quas post diem consecrationis acquisivit, Ecclesiæ relinquat. Si autem alieno nomine res comparaverit, & ibi structuras fecerit, vel quæ ad Ecclesiam ibi Deo collocaverit, contra decreta canonum hoc malum agitur, quia sacrilegium est, & par crimen --- furis esse dignoscitur quis sacras oblationes furabatur.

De feminis quæ religionis vestem domibus propriis mutaverint, si postea concubitum elegerint, quid agendum sit.

Lib. 7. Capitular. c. 257.
Burchard. lib. 8. c. 48.
Vide suprà in 1. Append. c. 62.

X L I V. De viduis & puellis quæ habitum religionis in domibus propriis tam à parentibus quam per se mutaverint, & si postea contra instituta patrum vel præcepta canonum conjugia